


veniat, vel quia omissus est vel non visus, recurrere debes ad Doctissimum Menochium lib. 4. praf. 8. & seqq. & conf. 45. lib. 1. Flores de Me- na lib. 1. var. quest. 1. Castillo lib. 4. cap. 27. & lib. 5. cap. 73.

Thesaurum lib. 2. question- forens. quest. 99. vbi ad faturi- tatem inuenies, late enim, & doctè materia hæc exposita est à prædictis Doctoribus, & ita contentus sum cum dictis.



CAPUT XXII.

DE NUMERO ET QUALITATE TESTIUM ad probandam perfectionem vel imperfectionem voluntatis testantis. & ad probandam voluntatem ex testamento cepto, & non completo ob impedimentum, & in quibus casibus propter necessitatem numerus testium iure requisitus minuat, ut de testamento facto in iure, & in bello, & tempore pestis, & de alijs.

SUMMARIUM.

Perfectio voluntatis te- stantis probatur duobus testibus quando non du- bitatur de dispositione sed tã- tum de perfectione. 1. Voluntas declaratoria, & indu- cta testatoris duobus testibus probatur. 2. Etiam si testes ro- gati non sint. 3. Etiam si te- stes sint mulieres. 4. Solemnitatis perfectio probatur duobus testibus. 5. Solemnitatis potest esse questio quim sit de voluntate. 6. Qualitas dispositionis duobus te-

sibus probatur. 7. Sana mens testatoris probatur duobus testibus. 8. Lectio testamenti probatur duo- bus testibus. 9. Animus testandi duobus testibus probatur. 10. Rogatio testium, & notarij duo- bus testibus probatur, ibidem. Perfectio voluntatis, & dispositio testatoris in casu impedi- menti quibus testibus probari pos- sit ut valeat iuxta decisionem l. si quis. 25. ff. de testamentis disputatur. 11.

Testamento nuncupativo quinque testes requiruntur sine notario, & tres cum illo. 12.

Substantia testamenti tot testibus probatur, quod testamentum ipsum. 13.

Testium numerus in testamento solemnitas est probatoria non substantialis. 14.

Factum testamēti probatur duobus testibus, solemniter factū septem. 15.

Testamentum inter liberos iure communi probatur duobus testibus. 16. secus de iure Regio. 17.

Testamentum ad pias causas cum duobus testibus valet de iure canonico, & in terris Ecclesie. 18.

Testamentum factum coram Principe valet sine numero solemnium testium. 19.

Et testamentum factum apud acta, & in presentia iudicis. 20.

Testamento coram Principe vel iudice facto an saltem duo testes requirantur dubium est. 21.

Acta iudici alia fidem non faciunt ante quam constet esse acta iudicialia. 22.

Voluntas ultima perfecta duobus testibus probatur, & sic probata sustinetur dispositio in multis Regnis. 23.

Numerus testium in testamento

dispensatur in casibus necessitatis. 24.

Testamentum rustici de iure communi quinque testibus sustinetur. 25. Etiam si rusticus nobilis sit. 26.

Rusticus si in civitate testetur, & urbanus in rure cum solemnium numero testium debent concedere testamentum. 27.

Copia testium ubi non est ad testandum bodie tres sufficiunt. 28.

Inopia testium praesumitur in dubio, & quando contrarium. 29.

Testamentum factum in carcere tyranni minore numero testium sustinetur. 30.

Testamentum apud in fideles factum duobus vel tribus testibus valet. 31.

Testamentum factum tempore belli minore testium numero sustinetur. 32.

Testamentum militis duobus testibus fieri valet. 33. Etiam si miles navalis sit. 34.

Testamentum factum in mari minore testium numero validum est. 35.

Navigantes intrire iuribus liberi sunt a solemnitatibus iuris communis circa testamentum. 36.

Hostili loco testantes privilegio militari potiuntur. 37.

Testamentum peregrini duobus testibus fieri valet. 38.

Te-

Testamentum tempore pestis an cum minore testium numero fieri valeat. 39.

Opinio negatum fundatur. 40. Distinguens inter pestem magram, & contagiosam, & levem, seu exiguam exponitur. 41. Affirmativa opinio admittitur a multis. 42.

Testamentum in heremo factum minori numero sustinetur, ibidem.

Pestis timor iustissimus est. 43.

Deum tentare dicitur qui in loco pestis contendit habitare. 44.

Pestis remedium est fuga, ibidem.

Pestis est praelium inter Deum, & homines, & equiparatur hostilitati. 45.

Pestis est morbus contagiosus, & traditur eius definitio. 46.

Testamentum debet fieri coram tabellione publico, & de numero Civitatis. 47. Secus tempore pestis. 48.

Sani qui remanent in Civitate pestilenti pro tuenda Republica testari possunt cum minore numero testium. 49.

Testamentum de iure communi, & Regio quot testes requirat. 50.

Testamentum quando sustinetur ratione voluntatis perfecta, & solemnitas suppletur propter superveniens impedimentum

nulla lege cavetur certus numerus testium, & ita duo sufficient. 51.

Questio praecipua huius capituli resolvitur. 52.

Mulieres in testamentis, quibus suppletur solemnitas, testes idonei sunt. 53. Et intestamento facto tempore pestis, & in alijs, quae remissive referuntur. 54.

Numerus testium iure communi requisitus dispensatur in multis casibus. 55.

Testamentum nullius roboris fuisset si testantis voluntas alium de probari posset minore numero testium. 56.

SI de testamento facta est scriptura, & non dubitatur de dispositione, siue de ijs quae scripta sunt, sed tantum de perfectione illius, vtrum scilicet testamentum habitum fuisset a testatore pro perfecto & absoluto, nec voluisse ipsam ultra procedere ad alia disponenda deduci atque probari potest ex dictis testum deponentium habuisse testatorem dispositionem suam pro perfecta & absoluta: & ad id probandum duo testes sufficient. Sic Oldradus cons. 297. n. 7. col. fin. Bald. cons. 179. vers.

vers. Præterea esto lib. 4. Alexander conf. 411. lib. 7. Corneus conf. 307. num. 17. col. 4. lib. 3. vbi loquitur super examine trium testium deponentium habuisse testatorem suam voluntatem pro perfecta, Parisius conf. 33. num. 42. lib. 2. Simon de Prætis de interpretat. vltimæ voluntat. dubitat. 3. solut. 5. num. 35. Castillo lib. 4. controvers. cap. 21. num. 56.

2 Ratio est, quia quando agitur de probanda testatoris voluntate non dispositiva sed declaratoria, & in ducta duo tantum testes sufficiunt; vt est communis resolutio. Accursius in l. heredes palam §. sed si quid post, ff. de testam. verbo posse, Bartolus ibi num. 1. & 4. Paulus de Castro nu. 11. vbi ex leg. ad fidem, ff. de testibus, notat quod non est necesse, vt isti duo testes sint rogati; quia non adhibentur ad solemnitatem, sed ad veritatem probandam. Oldradus d. conf. 297. num. 7. vbi num. 8. tenet, quod mulieres admittuntur in his casibus, quia non inveniuntur prohibitæ. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 1. nu. 12. & 13. vbi etiam tenet, quod mulier admittatur ad probandum in hoc casu, & lib. 5. tit. 14. & num. 12. & lib. 11.

tit. 20. num. 10. & lib. 12. tit. 16. num. 2. Antonius Gabriel lib. 6. tit. de regul. iur. concl. 3. à nu. 29. Burgos de Paz in l. 3. Tauri 1. part. num. 813. Alvaradus de coniectur. mente defunt. lib. 1. c. 3. num. 7. & 8. Molina de Hispanor. Primogen. lib. 1. c. 5. num. 40. in fine. Azevedus in l. 1. tit. 4. lib. 5. Recopil. num. 66. & 67. & 76. & 77. vbi etiam notat, quod fœminæ in hoc casu 4 sufficiunt. Ex Parisio conf. 3. num. 35. lib. 3. cum pluribus quos refert, & sequitur Castillo lib. 4. cap. 19. num. 28. & num. 44. quibus addendi sunt Mascardus de probationibus tom. 2. conclus. 763. nu. 17. Marcus Antonius Natta in l. hac consultissima, §. ex imperfecto, nu. 173. C. de testamentis. Ducñas regul. 314. Ignatius de Salcedo in Addit. ad Bernardū Diaz regul. 482. limitat. 11. Marta de success. legal. part. 4. quest. 2. artic. 1. num. 22. Farinacius de testibus quest. 59. nu. 76. Philipus Paschalis de viribus patriæ potestatis, part. 2. c. 8. num. 18. Cancerius lib. 3. var. cap. 20. num. 410. Rota decif. 34. in centur. decion. ad materiam Laberynthi creditor. spectatum.

5 Sic quoque cum non dubitatur de voluntate, sed de illius

illius solemnitate, etsi pervenit vel non ad statum iure requisitum ad eius validationem, tunc gemino dicto probatur. Ita ex §. fin. instit. de fideicom. heredit. tenet Glossa verbo doceri potest in l. 2. C. de bonor. possess. secund. tabul. vbi Bartolus num. 1. qui satisfaciens argumento tradito à Glossa, videlicet; quod non potest esse quæstio de solemnitate, quim sit de voluntate, inquit bene hoc posse existere, vt si legatarius petit legatum, vel hæres hereditatem ex testamento, ad versarius confitetur testatorem voluisse, negat tamen solemniter sic voluisse: hoc casu contentio erit de solemnitate non de voluntate. Baldus num. 1. Paulus de Castro num. 3. & 4. vbi quod 6 tunc sufficiunt duo testes per regulam legis vbi numerus, ff. de testibus ad quam debemus recurrere nisi reperiatrarium. Alexander num. 4. 5. & 6. Iason num. 6. Salicetus n. 2. Decius col. 2. & 3. Masc. 10 to. 3. concl. 1358. n. 51. Burg. de Paz in l. 3. Tauri 1. part. concl. 4. num. 804. Castillo lib. 4. cap. 20. num. 9. & 14. Petrus Surdus conf. 129. nu. 29. lib. 1. Vrsillus ad Afflictum decif. 25. nu.

9. & melius decif. 166. num. 5. Alvar. Valascus cōsult. 187. num. 9. & 10.

7 Idem tenet Bartolus quando dispositio est certa, & solum dubitatur de aliqua qualitate in l. cum proponebatur 66. num. 3. ff. de legatis 2. vbi Paulus num. 6. Baldus num. 5. & in lege errore num. 4. C. de testamentis, Peralta in l. vnum ex familia, §. si de falcidia 8 ff. de legat. 2. num. 11. cum alijs D. Larrea decif. Granatens. 40. num. 15. vt si dubitatur de sana mente testatoris, cum multis Castillo d. cap. 19. num. 16. & cap. 20. à num. 1. & nu. 9. & num. 18. vel an fuisset lectum vel non testamentum, Petrus Magdalenus de num. testimonium in testament. requisit. 1. p. cap. 29. Surdus vbi supra, & 9 Castillo cum multis num. 18. & cap. 22. ex num. 123. vel de animo testandi, qui duobus testibus probatur. Alexander conf. 4. num. 11. lib. 7. Socius Iunior conf. 178. num. 3. lib. 2. Surdus conf. 114. n. 57. Farinacius conf. 97. nu. 7. vol. 1. vel derogatione testium vel notarij, quæ etiam duobus testibus probatur. Michael Grasus receptar. sentent. §. Testamentum question 58. numer. 6. Castillo dict. cap. 20. nu. 16.